Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0002-9

47

Einladung

zum

Examen und Aktus

der Domſchule.

Halberſtadt,

bey Delius Wittwe und H. Matthias.

1799.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0004-1

I.

Examen.

Examen werden wir dießmal, wie Oſtern gewöhnlich, nur mit der Erſten Klaſſe haben: indeß wär es unſtreitig nicht übel, wenn um der Abgehenden willen, deren ſich doch immer Michaelis auch Einer oder der Andre finden, bey unſerm Herbſtexamen Prima wenigſtens mit Einer oder ein paar Lectionen vorkäme. Die Sache wird ſich bis dahin noch in nähere Ueberlegung nehmen laſſen. Die Lectionen werden dießmal folgende ſeyn:

Montags, den 18 März 1799.

Vorm. um 8 Uhr.

1. **Religion.** Nach Morus.
2. **Lateiniſch.** Cicero.
3. **Phyſik.** Nach eignem Entwurf.
4. **Ebräiſch.** Hiob, Jonas oder Daniel.
5. **Philoſophie**, nach Erneſti; oder **Mathematik**, nach Klügel.
6. **Franzöſiſch.** Handbuch der franzöſiſchen Sprache, zweyter Theil.

Nachm. von 2 Uhr an.

1. **Geſchichte.** Brandenburgiſche.
2. **Griechiſch.** Homers Iliade.
3. **Lateiniſche Diſputation** der Abgehenden. S. die folgende Nummer.

Nach Endigung derſelben werden theils den Abgehenden ihre Zeugniſſe überliefert, theils einige Prämienbücher ausgetheilt.

II.

MONARCHIAM REIPUBLICÆ ESSE PRÆFERENDAM

DISPUTATIONE PUBLICA
D. XVIII MART. MDCCXCIX. HORA TERTIA
HABENDA.

DEFENDENT RESPONDENTES

LUDOVICUS FRIDERICUS WILHELMUS LENTZ,
ELLRICIENSIS.

JOANNES HENRICUS LUDOVICUS HOLTZE,
HALBERSTADIENSIS.

OPPONENTIUM AUTEM PARTES SUSCIPIENT

JO. FERDINANDUS DAVIDES MAHLMANN,
HALBERSTADIENSIS.

CAROLUS FRIDER. GOTTHOLD LUD. STILCKE,
THALENSIS.

BERNARDUS SIGISMUNDUS FRANKE,
WEDDERSLEBENSIS.

PAULUS ANDREAS HENRICUS KOTHE,
OSCARIENSIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0007-8

Fallitur, egregio quisquis ſub Principe credit
Servitium: numquam Libertas gratior exſtat,
Quam ſub Rege pio. — —

CLAUDIANUS.

MONARCHIAM REIPUBLICÆ ESSE PRÆFERENDAM.

SECTIO I.

DE SOCIETATE HOMINUM IN GENERE.

Th. 1. Homo, ſi vires a natura ſibi datas excolere cupit, hominibus ſe adjungat et ſocietatem cum illis ineat neceſſe eſt.

Th. 2. Quod niſi faceret, nec res ſibi comparare neceſſarias, nec impedimenta multa, ab ipſa rerum natura ſibi objecta, ſuperare poſſet.

Th. 3. Sine aliis ne vivere quidem poſſemus, tota autem vita infirmi eſſemus et debiles: conjuncti cum aliis vero miranda adeo multa et ignaris vix credibilia efficimus.

Th. 4. Homo igitur ad Societatem natus eſt.

SECTIO II.

DE SOCIETATE CIVILI.

Th. 5. Societatis autem prout differunt leges et conſilia: ipſa etiam diverſa eſt Societas.

Th. 6. Illa, quae tuendis defendendisque poſſeſſionibus noſtris, ſalutique publicae conſervandae et augendae comparata eſt, Societas civilis dicitur.

Th. 7. Hujus membra cives, congregationes ſingulae, ſive moenibus includantur, ſive finibus certis circumſcribantur, civitates dicuntur.

Th. 8. Omnes igitur, legibus iſtis conſociati, ſumus cives.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0009-2

SECTIO III.

VARIÆ SOCIETATIS CIVILIS FORMÆ, CUM DEFINITIONIBUS.

Th. 9. Variae autem, ut omnium rerum, ſic etiam civitatis poſſunt eſſe formae.

Th. 10. Hujus enim ſocietatis conſtituendae ſive Unus curam gerit, ſive Plures.

Th. 11. Ubi Plures, Reſpublica; ubi Unus, Monarchia vocatur.

Th. 12. Reſpublica, ſi pauciores praeſunt, Oligarchia vocatur;

Th. 13. Si optimates, genere, nobilitate aut divitiis inſignes, Ariſtocratia;

Th. 14. Si denique penes totum populum legum rerumque gerendarum eſt cura, Democratia.

Th. 15. Pura tamen nusquam Democratia datur; etſi plures et olim et hodie eam ſe habere glorientur. Ubi ea videtur eſſe, ant plebis aliqua eſt praepotentia ſ. Ochlocratia, aut omnium rerum perturbatio ſ. Anarchia.

Th. 16. In Monarchia, ſi unus ille princeps legibus tantum tenetur, Monarchia eſt ſtricte ſic dicta;

Th. 17. Si ſenatus ant collegium aliquod additur, quod illius poteſtatem reſtringat, Monarchia circumſcripta, quam alii et temperatam dicunt;

Th. 18. Imperium, ſine legibus, nulla poteſtate alia intercedente; ex ſolo arbitrio geſtum, Tyrannis nuncupatur; quae tamen, ut Anarchia, non tam ad varias imperandi formas, ſed ad abuſum et formae certae abſentiam rectius videtur referenda.

SECTIO IV.

DE JURE ET OFFICIO.

Th. 19. Hae vero, quidquid juſtarum formarum eſt, omnes juris officiique ratione continentur.

Th. 20. Singulorum poſſeſſiones et actiones omnium aliorum cauſa certis limitibus circumſcriptae ſunt: i. e. officia illis incumbunt.

Th. 21. Omnium aliorum poſſeſſiones et actiones ſingulorum cauſa certis limitibus circumſcriptae ſunt: i. e. jura ſunt illis, ab omnibus aliis agnoſcenda.

Th. 22. Qui officia tantum incumbere ſibi putat, timidus, abjectus, ſervus eſt; qui jura tantum ſibi arrogat, ſuperbus, ferox, tyrannus: vir bonus et ſapiens, nec officia ſine juribus, nec ſine officiis jura conſiſtere poſſe intelligens, vere tantum civis habendus eſt.

Th. 23. Ubi autem omnium inter ſe jura et officia bene temperata ſunt, ibi civitas eſt hoc nomine digna.

SECTIO V.

QUIBUSNAM REBUS OMNES CIVITATES INTER SE CONVENIANT.

Th. 24. Omnis civitas eſt ſocietas.

Th. 25. Omnis ſocietas civilis eodem fine ſe profitetur conjungi, felicitate publica.

Th. 26. Hujus conſequendae cauſa certas ſibi impoſuerunt leges.

Th. 27. His autem exercendis publica auctoritate invigilant magiſtratus, quibus illa variis ſub nominibus delegata poteſtas eſt.

Th. 28. Neque vero omnes eodem loco eſſe cives, neque omnes omnia facere poſſunt.

Th. 29. Diſtributa igitur in omni civitate munera, negotia, jura, officia ſint neceſſe eſt.

Th. 30. In omni igitur ſocietate civili dandum eſt aliquid, ut aliquid accipiamus; pars libertatis naturalis reddenda, ut alia ejus loco commoda nobis paremus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0011-9

SECTIO VI.

QUIBUSNAM REBUS VARIÆ CIVITATES A SE DIFFERANT.

Th. 31. Differunt igitur civitates non materia, ſed forma; non fine, ſed mediis: ut philoſophi noſtri loquuntur.

Th. 32. Alia quippe via aliae felicitatem publicam quaerunt.

Th. 33. Alia utuntur forma in legibus ferendis.

Th. 34. Alio denique modo magiſtratus et principes eligunt, illorumque et jura et officia deſcribunt.

Th. 35. In hiſce omnibus non duo in terrarum orbe Imperia, Regna, Principatus, Urbes, Municipia, ne Pagi quidem ſunt, qui plane inter ſe conveniant.

SECTIO VII.

DE OPTIMA CIVITATIS FORMA.

Th. 36. Omnes iſtae formae ab hominibus conſtitutae ſunt, quia tum, cum aut conſtituerent aut immutarent, erant, qui iſtam formam omnibus aliis praeferendam putarent.

Th. 37. Neceſſe eſt igitur, in omni forma ineſſe aliquid, quod mortales tamquam optimum fuerint ſecuti.

Th. 38. Hoc tamen Optimum non abſolute, ſed cum conditione intelligendum eſt, i. e. quantum pro ingenio intelligere, temporisque et loci ratione habita conſequi potuerint.

Th. 39. Nulla igitur forma, quam populi amquam aut proceres populi conſtituerunt, abſolute talis eſt, ut omnem felicitatem publicam tollat.

Th. 40. Falſum igitur eſt, et per ſe et illorum exemplo, quod Galli nunc praedicant, "Rempublicam ſolam cives praeſtare felices."

Th. 41. Neque nos artificio illorum indigemus, qui contrarias ſibi ſententias aut ſilentio praetereunt, aut criminibus et maledictis retundunt: ſed, cuique formae ſua commoda quam liberrime concedentes, Monarchiae tamen, ſub qua tam felices ſumus, ut felicius vivi nusquam exiſtimemus, ita explicare bona ſperamus poſſe, ut proprius ea oculis noſtris nos cognoviſſe appareat.

Th. 42. Comparatione autem hanc ſolum ob cauſam utimur, ut oppoſita juxta ſe poſita tanto luceant clarius.

SECTIO VIII.

MONARCHIAM REIPUBLICÆ ESSE PRÆFERENDAM.

Th. 43. Monarchiam et Rempublicam ex definitionibus datis h. l. intelligimus; caeterum rem, ut privatam, ita publicam, in omnibus formis recte dici adeſſe fatemur.

Th. 44. Quod autem dicimus, maxime de Monarchia ſtrictius ſic dicta, eaque haereditaria, quae principem non ad alia omnia formatum eligit, ſed ad hoc ipſum educat et inſtituit, cupimus intellectum.

Th. 45. In Monarchia igitur major eſt unitas, legis ſcilicet et principis: in Republica legis tantum, principum nulla, niſi ad tempus interdum, metu externo ingraveſcente.

Th. 46. In Monarchia omnia, quae concordiam et celeritatem poſtulant, melius ſuccedunt: in Republica, cum multa capita, multique ſenſus ſint, deliberando et pugnando plurimum temporis conſumitur.

Th. 47. Leges in Monarchia perſectiores eſſe poſſunt: in Republica, propter diſſenſum legislatorum, ſingulae tantum bonae ex occaſione naſcuntur, numquam ratio et doctrina totum aliquod perficiet.

Th. 48. Pariter in Monarchia facilius eſt, leges antiquandas melioribus mutare.

Th. 49. Et major tamen eſt legum conſtantia, quam in Republica, ubi cum perpetua hominum mutatione leges etiam, decreta, conſilia mutantur.

Th. 50. Eſt enim omnino in Monarchia rationi locus: in Republica irae, ſtudio, omnibusque omnio animi perturbationibus, quibus ſolis commovendis omnia peraguntur.

Th. 51. Hinc multa et ingentia naſcuntur commoda. Factiones minus exiſtere poſſunt in Monarchia; hinc non tam multi rebus gerendis ſe immiſcent.

Th. 52. Juſtitia, quae cum bona ratione eſt eadem, cum legibus ipſis melius ſervatur.

Th. 53. Crimina caventur facilius, et juſtius puniuntur.

Th. 54. Induſtria tranquillior, at major eſt.

Th. 55. Virtus et homines bene meriti conſtantius coluntur.

Th. 56. Bella interna et ſeditiones vix exiſtere poſſunt: externa humanius decernuntur et geruntur.

Th. 57. Veritatis amor, libertasque ſentiendi et ſcribendi, ubi ratio magis valet, major eſt.

Th. 58. Tributa aut civium aut exterorum majora inſatiabiles potentiorum in Republica civium cupiditates expleant neceſſe eſt.

Th. 59. Monarchia denique eſt, quod dicitur: Reſpublica verbo eſt, quod ſupra definitur, re ipſa ſemper aut unius aut paucorum tyrannis.

Th. 60. Boruſſi igitur omni ratione feliciores ſumus Gallis; ne miſeras illas, quae ipſae eſſe ſe nolunt, reſpublicas nuper factas commemorem.

VIVAT BORUSSIA!

VIVAT FRIDERICUS WILHELMUS TERTIUS!

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0014-6

III.

Aktus.

Wir hätten dieſsmal, der Perſonenzahl nach, uns allenfalls mit Einem Nachmittag begnügen können; haben aber, aus den bewuſsten Urſachen, doch lieber Mehreren wieder zwey Reden gegeben, und das Ganze auf zwey Nachmittage vertheilt, um dadurch die Bequemlichkeit derer, die uns an dem einen oder dem andern dieſer Tage mit ihrer Gegenwart beehren wollen, deſto gewiſſer zu erreichen.

Erſter Tag

(Dienſtags, den 19 März, Nachm. um 2 Uhr.)

Chriſtian Friedrich Andreas Wenzel, von hier, (IV.) wird in einer kurzen Rede ſich und ſeine Mitſchüler zu geneigtem Gehör empfehlen. D. P.

Auguſt Wilhelm Friedrich Oppermann, von hier, (II.) die Erſcheinung; eine Erzählung von Starke. D. P.

Auguſt Roſtosky, aus Oſterwiek, (II.) die Entführung, eine Romanze von Bürger. D. V.

Friedrich Ernſt Ludwig Fiſcher, von hier, (I.) der Beſuch im Walde, oder Luiſens erſter Geſang, von Voß.

Ernſt Friedrich Schmidt, von hier, (II.) der Beſuch, oder Luiſens zweyter Geſang. D. Hexameter.

Ludwig Ferdinand Niemann, von hier, (I.) Verwünſchung des Kriegs und Wunſch nach Frieden; eine Ode von Friedrich dem Zweyten. Franzöſiſche Verſe.

Georg Werner Albert Oppermann, von hier, (I.) über die gute Anwendung der Schuljahre, zur Vorbereitung auf die Akademie und das menſchliche Leben. Eigne Arbeit; D. P.

Friedrich Wilhelm Behrens, aus Magdeburg, (III.) der Weiſe aus Ekbatana; eine morgenländiſche Geſchichte. D. V.

Zweyter Tag.

(Mittwochs, den 20 März, Nachm. um 2 Uhr.)

Ernſt Friedrich Schmidt, Il Penſeroſo, (der Grübler,) ein Gedicht nach Milton, von Voß. D. V.

Karl Auguſt Georg Meineke, von Groß-Germersleben im Magdeburgiſchen, (I.) das Glück eines Preußiſchen Unterthanen. Eigne Arbeit; D. P.

Chriſtian Heinrich Witzenhauſen, von Hordorf, (II.) Hymnus auf die Erde, von Graf Friedrich Leopold von Stollberg; mit Ein-

webung einer Stelle auf die neulichen Ueber- ſchwemmungen. D. Hexameter.

Friedrich Wilhelm **Behrens**, von hier, Gottlob Friedrich Wilhelm **Gerecke**, aus Grüningen (IV.), und Chriſtian Friedrich Andreas **Wenzel**, von hier, werden eine kurze Unterredung über Zugvögel halten.

Georg Werner Albert **Oppermann**; Hymnus auf die Tugend, von Koſegarten. D. Hexameter.

Friedrich Ernſt Ludwig **Fiſcher**; die Jahrszeiten, ein Hymnus von Thomſon. Engl. Jamben.

Auguſt Wilhelm Heinrich **Oppermann**; das Weihnachtsgeſchenk, eine Erzählung von Starke. D. P.

Johann Ferdinand David **Mahlmann**, von hier, (I.) über die Verbindung der Philoſophie mit der Rechtswiſſenſchaft. Zugleich wird derſelbe in ſeinem und ſeiner abgehenden Mitſchüler Namen von der Schule **Abſchied** nehmen. D. P.

Johann Friedrich Gottfried **Mahlmann**, deſſen jüngerer Bruder, (I.) die angenehme Erinnerung an wohlangewandte Schuljahre; nebſt **Glückwunſch** an die Abgehenden. D. P.

Bey dem Beſchluß dieſes Aktus wird es mir ſchmerzlich ſeyn, daß ich ſowohl auf den Rath des Arztes, als nach meiner eignen Ueberzeugung, theils um der Anſtrengung im Reden, theils aber auch und beſonders um des an dieſen Tagen gewöhnlich zu heißen und dunſtvollen Zimmers willen, es nicht gut wagen darf, öffentlich aufzutreten, und unſern guten Abgehenden meinen Segen mitzugeben.

Vorzüglich, da alle ſechs, die dieſe Oſtern aus Prima abgehn, und deren Namen ſich auf dem Titel der verhergehenden Diſputation zuſammen befinden, uns ſämtlich durch ihre Fortſchritte in Sprachen, Wiſſenſchaften und eignem Denken viele Freude gemacht haben, und ſich kühnlich mit den Abgehenden jeder andern Schule meſſen dürfen.

Der Himmel erhalte ſie, auch auf der ſchlüpfrigen Laufbahn der Akademie, wo der unbewahrte Jüngling ſo leicht das Spiel ſeiner eignen Leidenſchaften wird, auf dem guten Wege, den ſie zu betreten angefangen haben, und in dem Eifer für die Wiſſenſchaften, denen ſie ſich aus freyer Wahl und Ueberlegung widmeten! — Mein und unſer Aller Segen begleitet ſie! —

78 L 1144
(+ 260 99 70)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0020-9

ULB Halle 3
005 505 992

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0021-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0022-0

47

Einladung

zum

…amen und Aktus

der Domſchule.

Halberſtadt,

…h Delius Wittwe und H. Matthias.

1799.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-489893-p0023-6